



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio septima. Vtrum conueniens fuerit Christum ascendere super  
omnes cœlos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

### Magistri Durandi de

5 RESPONSO. Dicenda sunt duo. Primum est quod conueniens fuit Christum inducere aliqua argumenta ad probandum suam resurrectionem. Secundum est quod illa argumenta fuerunt sufficientia ad probandum illud propter quod inducebantur.

6 Propter primum sciendum est quod argumenta ad praesens duplicitate dicuntur. Uno modo ratio rei dubitare facit fidem. Alio modo sensibile signum quod inducit ad manifestacionem alicuius dicti vel facti, sicut dicitur Gen. 39. de uxore Putipharis quae in argumentum fidei retentum pallium ostendit marito. Primo modo accipiendi argumentum Christus non probauit resurrectionem suam per argumenta nisi assumendo auctoritates scripturarum, quia quoniam resurrectio Christi excederet humanam rationem, non potuit propriè probari per talia principia quae essent hora lumine rationis naturalis. Oportet enim principium ex eodem genere assimilatum cum conclusione, ut dicitur primo Postea. Et ideo ad eam probandam accepit auctoritatem scripturarum cum dicit Luc. v. 11. Oportet omnia impliri quae scripta sunt in lege, & in prophetis de me. De ratione enim naturaliter demonstrante dici, Ambr. tolle argumenta vbi fides queritur. Si autem accipiat argumentum secundo modo sic Christus sua resurrectionem argumentis declarauit inquantitate adhibuit quædam signa euangelica, quibus verè se resurrexisse ostendit, quæ quidem signa non fuerunt adhibita, quasi ex necessitate concludentia resurrectionem, sed tanquam nata inclinare mentem ad fidem resurrectionis. Et hoc fuit necessarium propter duo. Primum propter discipulos eo quod corda eorum propter ignoratię passionis quam viderant non erant bene dispositi, ut fidem resurrectionis acciperent, unde ipse dicit Luc. v. 11. O stulti & rardi corde ad credendum. Et Marc. v. 11. Exprobavit incredulitatem eorum, & duritiam cordis &c. Secundum propter illos quibus prædicare debent, ut per huiusmodi signa eis ostendat illorum testimoniū redderetur efficacius, & sic facilius eis crederetur. Vnde i. Ioan. 1. dicitur. Quod vidimus, & audiuius de verbo vita, & manus nostra contractauerunt hoc testamur. Et sic pater primum.

7 Quantum ad secundum sciendum est quod Christus resurrectionem suam duplicitate manifestauit scilicet, testimonio & argumento seu signo. Et vtrumq[ue] manifestatio fuit sufficientis in suo genere ad inclinandum mentem in fidem resurrectionis. Vtus est enim duplicitate testimonio, quorum neutrum potest repellere rationabiliter. Primum fuit testimonium angelorum qui resurrectionem annuntiaverunt mulieribus, ut patet per omnes Evangelistas. Aliud fuit testimonium scripturarum quas ipse proposito ad ostensionem sua resurrectionis, ut ipse dicit Luc. v. 11. Argumenta etiam seu signa fuerunt sufficientia ad ostendendum resurrectionem suam ex parte corporis & ex parte animae. Ex parte quidem corporis ostendit tria, scilicet quod corpus suum esset verum & solidum, non phantasticum & aëreum.

8 Item quod est humana, & quod esset idem numero quod prius. Primum ostendit per hoc quod corpus suum palpabile præbuit, unde Luc. v. 11. Palpate & videte, quoniam spiritus carnis & ossa non habet sicut videtis me habere. Secundum ostendit demonstrando eis humanam effigiem quam soliti erant videre & humanis oculis intueri poterant. Quod autem dicitur Marc. v. 11. quod offendit est in alia effigie duobus euntibus in villam, de quo etiam Lucas facit mentionem. Non est intelligendum quod dispositio corporis Christi quodam figurā & colore mutata sit, sed sic apparuit illis discipulis, aut ex interiori eorum dispositione quia eum resurrectum non credebant. Vnde non ponebant se ad perquirendum propria indicia, quibus possent eum cognoscere, sicut etiam nobis accideret si viderneremus aliquem quem crederemus mortuum, maxime si eum in alio habitat videremus, aut quia dato quod visum eorum representarentur Christus in specie qua soliti erant eum primo videre, tamen diuina virtute impediens ne sequerentur iudicium talis apprehensionis, ut sic ea quæ exterius agebantur conformarentur his quæ in eorum cordibus erat. Amabant enim & dubitabant, & ideo presentem deum habebant, & eis apparuit ratione amoris, & non cognoscebant ratione dubitationis. Tertium scilicet quod esset idem

### Sancto Porciano

numero corpus quod prius habuerat manifestauit ostendendo vulnera cicatrices, unde ipse dicit Luc. vi. Vide manus meas & pedes meos, quoniam ego ipse sum. Ex parte autem anime ostendit eis veritatem lucis resurrectionis per opera triplicis vite. Primum quidem per opus nutritiæ in hoc quod cum discipulis suis manducauit & bibit, ut dicitur Luc. v. 11. & Act. 1. Secundum per opus sensitivæ in hoc quod discipulos allocutus est, & eis ad interrogata respondit in quo ostendit se videre & audire. Tertio per opera intellectuæ in hoc quod cu[m] eis differunt scripturis. Et ut nihil deficeret ad complementum manifestacionis ostendit se diuinam potentiam habere in hoc quod subito ab oculis eorum disparuit, & clausis ianuis intravit ad eos.

9 A.D. Primum argumentum dicendum quod illa argumenta sufficientia fuerunt ad probandum illud propter quod inducebantur. Non enim inducebant ad demonstrandum resurrectionem, ut probandum resurrectionem, quia talis demonstratio euacuat fidem, vel meritum fidei. Non enim poterat ex illis omnibus demonstratiu[m] concludi Christum resurrexisse, eo quod filius dei potuit de novo assumere materiam talen per omnia qualia ostendit eis non refutando primam sed inducebant tanquam quædam signa non conuenienter inclinare mentem ad credendum eius resurrectionem, & talis manifestatio non euacuat fidem, nec meritum fidei.

10 Ad secundum dicendum est quod dare quod singula argumenta per se sunt non sufficientia ad manifestandum Christi resurrectionem, omnia tamen simul suntia sufficiant, ad inclinandum mentem ad ascensum, maxime propter scripturae testimonium, & dicta angelorum. Quod autem induxit de angelis apparentibus in corporibus assumptis, dicendum quod angelii sic apparentes non afferant se esse homines sicut Christus afferuit se esse verū hominem. Et iterum aliter Christus manducavit, & aliter angelis. Quia corpora ab angelis assumpta non erant viua & animata, non erat ibi vera comeditio, licet enim ibi esset vera cibi sumptu, contritio & tractatio in parte interiori corporis assumpti. Non tamen erat ibi digestio & coagulatio cibi in illud corpus, unde & angelus dicit Tob. 22. Cum eisem vobis videbar comedere & manducare & bibere vobis sum, sed ego cibo inuisibili vtor. Quia vero corpus Christi fuit vere animatum vera fuit eius commissio quod omnia prædicta, ut enim Aug. dicit, 13, de ciuitate dei. Non potestas, sed egredens eundem corporibus resurgentium auctorit. Et Beda dicit quod Christus comedit potestate, sed non egredit.

11 Ad tertium dicendum quod articulorum quidam sunt de diuinitate & isti non potuerunt probari ad sensum, sed per miracula, & auctoritates scripturarum, & probati sunt quod probatione indiguerunt, sed quia passio & ascensio in se ipsis visa sunt, ideo probatione non indiguerunt, relata etsi autem in sepiam non fuit vista, propter quod ad eius probationem conueniens fuit inducere argumenta.

### QVÆSTIO SEPTIMA.

Vtrum conueniens fuerit Christum ascendere super omnes caelos.

Tho. 3. q. 57. art. 1. 2. & 4.

CIRCA tertium principale, scilicet circa ascensum, nem queruntur duo. Primum est utrum conueniens fuerit Christum ascendere super omnes caelos. Et videtur quod non, quia Filius dei humanam naturam assumpsit propter salutem nostram, sed magis tuisset nobis salutare & semper fuisse nobiscum conuersatus quam per ascensionem recessisse a nobis, ut ipse dicit discipulus Luca. 11. Venient dies quando desiderabis unum diem Filii hominis & non videbitis, ergo non fuit conueniens ipsum per ascensionem recedere a nobis.

2. Itē in Christo non est nisi duplex natura diuina, & humana, sed secundum neutrā earū conueniebat Christo in celum ascendere, ergo &c. Probario minorum enim secundum diuinam naturam ei non copeteret in celum ascendere, clarum est, quia secundum illam est ubiq[ue], nec secundum humanam, quia eiusdem est ascendere in celum, cuius est descendere de celo, secundum illud Ioan. 3. Nemo ascendit in celum nisi qui de celo descendit, sed secundum humanam naturam non descendit de celo, quia secundum illam ibi nunquam fuerat, quare &c.

3. IN

### Lib. III. Distinctio. XXII.

<sup>3</sup> IN CONTRARIUM est quod dicitur Eph. 4. Qui descendit ipse est, & qui ascēdit super omnes caelos. Et arguitur per rationem, sicut Christus ostendit nobis viam salutis sic conueniens fuit ipsum in celum ascēdere.

<sup>4</sup> RESPONSO. Dicenda sunt duo. Primo an eodem conueniens fuerit ipsum in celum ascēdere. Secundo est secundum quam naturam, scilicet diuinam an humanam competebat ei ascēdere.

<sup>5</sup> Quantum ad primum sciendum est quod Christum ascēdere in celum fuit conueniens ex parte Christi, & ex parte nostra. Ex parte Christi propter duo. Primo quia locus debet esse proportionatus locato, Christus autem per resurrectionem inchoauit vita immortalē & incorruptibilem, ergo fuit conueniens quod transferret ad locum in corruptionis, scilicet in celum, & non remaneret in terra ubi est locus generationis & corruptionis. Secundo quia Christus debebatur omne illud quod ad gloriam pertinet, sed etiam empyreum pertinet ad gloriam tanquam locus cogrētū & quasi quoddam primum accidentale, ergo conueniens fuit Christum post resurrectionē ad celum empyreum ascēdere.

<sup>6</sup> Aduentum est tamen quod non debeat, ut post resurrectionem statim in celum ascēderet, sed potius debuit cum discipulis aliquandiu conuertere, ut oīs dubitatio resurrectionis eius tolleretur, quia si tantū semel apparueret, potuerit videri fuisse aliqua illusio. Item propter consolationem discipulorum qui de morte sua contristati fuerant. Et ideo dicitur Act. 1. quod precepit seipsum viuum post passionē suā per dies 40. apparetis eis, ubi dicit quādam glosa, quod per 40. horas mortuus fuerat rotidem diebus se viuere confirmat, quia consolatio diuina excedit tristitiam humana. Ex parte etiā nostra fuit conueniens Christum in celum ascēdere propter tria. Primo ut nos induceret quasi in possessionē corporalem caeli quod nobis pretio sanguinis qui acquisierat. Quāuis enim in possessionē Christi amora fuerint omnia impedita nostra salutis & omnia bona nobis acquisita quoad meritum, oportuit tamen ut per effectū induceretur in passionem corporalem eorum.

<sup>7</sup> Bona autem gloria in tribus cōsistit in visione diuinę essentię, & in possessionē huius deduci sumus per descensionē Christi ad inferos, secundū hūc enim effectū dicitur ad inferos descendisse, ut dictū fuit prius. Item in gloria corporis, & hāc Christus inchoauit in sua resurrectiōne. Item in loco congruo, & in eius possessionē im-  
dictū sumus per Christum in sua ascensione.

<sup>8</sup> Secundo fuit conueniens ad nostrā spei subleuationem, per hoc enim quod Christus naturam humanā colloquit in celo dedit nobis spem illuc perueniendi, unde ipse dicit Ioan. 14. Si abiēro & preparabō vobis locum, itērum venia & accipiam vos ad meipsum. Et Leo papa dicit quod dum humana conditionē syderibus importauit celum posse patere creditibus monstrauit. Tertio ad erigendū charitatis affectum ad coelestia, ut dum Christum non secundum carnem cognoscimus ipsi magis spiritualliter coniungamus, ac per hoc efficiamur magis idonei ad dona spiritus sancti recipienda, propter quod dicitur Ioan. 16. Expedi vobis ut ego vadā, si enim nō abiēro pacienter non veniet ad vos, & sic patet primum.

<sup>9</sup> Quantum ad secundum, scilicet secundum quam naturam conueniebat Christo in celum ascēdere. Aduentum est quod secundum potest denotare conditionem subiecti, vel principiū actiū. Si denotet conditionem subiecti si ascēdere in celum non potuit in Christo conuenire secundum naturam diuinam, sed solum secundum humanā, secundū quā nō fuit ubiq̄; sed in certo loco cōtinēbat, & vero motu subiecti poterat, non sic autem secundum naturam diuinam quā ubiq̄; est, & immutabilis. Si vero secundum denotet conditionem principiū actiū si Christus ascēdit in celum secundum naturam diuinam, & non secundum humanam, quia virtute diuinatatis ascēdit & non virtute humanitatis, unde Aug. in ser. de Ascensione dicit, de nostro fuit quod filius Dei pēpetit in cruce, de suo vero quod ascēdit. Et probatur per rationem, quia in ascētu Christi ad celum oportuit duo corpora esse simul, scilicet corpus Christi cū sphaeris inferioribus nisi dicamus celū diuisibile, sed duo corpora nō possunt

### Quæstio VIII.

esse simul quacunq; virtute creata, ergo per virtutem creata non potuit corpus Christi vñq; ad celum empyreum ascēdere. Non propter hoc tamen tuit ascēsus ille violentus, nec purē naturalis, sed præter naturalē, vel supradū naturam, cuius ratio est, quia ille motus ad quem natura corporis non inclinat, nē ad eius oppositum non est naturalis, nec violentus, sed præter naturalē, vel supra natūram, ad motū enim naturalem inclinat natura mobilis.

d.14.q.4.

Et in contrarium motus violentus propter quod ubi natura mobilis nō inclinat ad talem motum vel ad oppositum, huiusmodi motus nō est naturalis, nec violentus ut dictū fuit. 2. lib. de motu cūli, natura autem corporis glorificati non inclinat ad ascēsum aliquoquin descendens est violentus, nec ad oppositum scilicet ad descendens, quia a corporibus gloriosis ut plenius sint subiecta spiritui remouetur inclinatio grauitatis, sicut inclinatio calidi & frigidū prout tendit ad subiecti corruptionē, relinquitur ergo quod talis motus fuit præter naturalē, vel supra naturam, quatenus creatura nata est obediē virtuti creatoris quę ad nutum assūtit voluntati beatorum.

<sup>10</sup> Ad primum argumentum dicendum quod ascēsus Christi in celum magis nobis vitilis fuit q; præsentia corporis fuisse, primo quia videntes eum in forma humana qua erat minor patre, non ita si faciliter credemus eum aequalē patri, ut dicit quādā glosa super Ioan. Secundo quia eum non spiritualiter sed carnaliter diligemus cū eo corporaliter cōversantes quod est de imperfectione dilectionis. Qod autem dicit Luc. 17. venient dies, &c. intelligit q; fidēles circa tempora Antichristi desiderabili aduentum Christi, & nō venient ita cito ut vellent, & non intelligitur in sensu illo in quo arguebatur.

<sup>11</sup> Ad secundū dicendum q; Christo competebat ascēdere secundum naturam diuinā si ly secundum notet conditionem principiū actiū si vero notet conditionem subiecti si competit ei ascēdere secundum naturam humānam. Et quod dicitur q; secundum illam nō descendit, verum est localiter, tamen secundum eam dicitur filius dei descendens non per motum, sed per effectū, hoc est secundum exinanitionem quā cum in forma Dei esset formam serui suscepit. Per hoc autem quod ipse dicit Io. 3. Nemo ascēdit in celum nisi qui descendit de celo, solum notatur identitas personae ascendentis, & descendētis, & non conditio subiecti.

### QVÆSTIO OCTAVA.

Vtrum Christus ascenderit super conuenientem cœli empyreum?

Tho. 3. q. 37. ar. 4.

<sup>12</sup> Secundo queritur utrum Christus ascēderit supra conuenientem cœli empyreum. Et videtur quod sic. Quia corpora quanto sunt nobiliora tanto sunt superiora, ut patet in ordine elementorum, sed corpus Christi gloriosum quale fuit post resurrectionē fuit nobilissimum inter omnia corpora, ergo ipse debet sit supra omnia alia corpora, & ita supra conuenientem cœli empyreum.

<sup>13</sup> Ad idem est quod dicitur Eph. 4. ascēdit super omnes caelos, quod non videretur esse verum, nisi ascendisset supra celum empyreum.

<sup>14</sup> IN CONTRARIUM est quia supra & infra sunt differentiae loci, sed supra caelos non est locus, ergo Christus non poterit ascēdere supra caelos.

<sup>15</sup> RESPONSO. Alter dicendum est ad questionē istam, si queratur de possibiliitate, & alter si queratur de congruitate.

<sup>16</sup> Si enim queratur de possibiliitate sic dicendum est quod Christus poterit ascēdere supra omnes caelos ita ut esset supra conuenientem cœli empyreum, quod patet dupliciter. Primo quia Deus potest separare à corpore omne quod nō est de ratione corporis. Sola enim separatio talium includit contradictionem, sed de ratione corporis nō est esse in loco cum ultima sphaera non sit in loco, ergo Deus potest facere quod corpus Christi sit extra omnem locum plus supra conuenientem cœli empyreum. Secundo quia Deus potest facere locū sine corpore, ergo potest facere corpus sine loco.

II. 3. 60